

Johann Bacmeister

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Med.
D. ac P.P. Ad funebrem delationem Viri ... Dn. Joannis Joachimi Stoveri, Senatori
huius Urbis gravissimi, a Vidua Moestissima hodie ... Instituendam Omnes
literariae Reipubl. Cives ... invitat**

Rostochii: Kilius, [1671]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774670169>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.

in J. J. Stöver.

Rostock 1671.

LB FP Stever, Johann 1671



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774670169/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774670169/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774670169/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774670169/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn774670169/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn774670169/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA.
Quo
RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOANNES BAC-
MEISTERUS,
Med. D. ac P. P.
Ad funebrem delationem.
V I R I
Amplissimi, Prudentissimi & Literatissimi,
DN. JOANNIS JOA-
CHIMI STOVERI,
Senatoris hujus Urbis gravissimi,
Viduâ Mœstissimâ hodiè ad horam
primam Instituendam
Omnes literariæ Reipubl. Cives
officiosè & peramanter invitat.



ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr.



Elebravimus nuduis tertius inter jubila
& plausus omnium ipsum Inauguratio-
nis Rectoris Academicici actum. Ast
hodiè ut sunt rerum humanarum vi-
ces, uti dolor voluptati fatali & ada-
mantino nexu est colligatus, nārias
miscemus, lessūm facimus, Mortualia nuntiamus. Justa
namq; Viro optimo, Senatori hujus Reipubl. pruden-
tissimo exsolvere jubemur. Terribile certè est, nos
ipsoꝝ ætate florenti, dum adhuc viget ingenium, inter
complexus nostrorum deficere, & cum præstantium
Medicorum opera præstare nil possit amplius, animam
exhalare, extentos jacere sine motu, malè olere, ef-
ferri, sub terram recondi, in nihilum verti, ut spes su-
peresse videatur nulla, quæ vel ipſis vivis derelictis sola-
tio esse queat, nisi divinitus revelatum dogma nōs do-
ceret, superesse aliam vitam, multoq; hāc meliorem,
in quam migremus quot quot hic piē atq; è præscripto
Salvatoris viximus. Absq; quo unico si essemus, vel pe-
coribus non absimiles proijceremur, vel in summâ per-
euntes desperatione diri Cacodæmonis mancipia æter-
num fieremus. Nunc quomodo vivendum sit scimus,
atq;

atq; eo aspiramus, ubi Creator noster est atq; Salvator,
in domo illustri omnium referta bonorum cœlestium
& perpetuorum affluentia. Hinc prosequimur vitâ
hâc mortali functos non cùm immodico luctu, sed ut
debet humanarum rerum contemptores, non ut per-
ditos omnino, sed optimâ sui parte viventes, ad quos
ipsi quoq;, ubi visum fuerit omnium Patri, accessuri si-
mus. Ad eum modum hodiè etiam efferemus & no-
biscum Conjunx ac Liberi mæstissimi, Affines item atq;
Propinqui ad sepulchrum deducent exuvias Viri Am-
plissimi Prudentissimi & Literatissimi DN. JOHANNIS
JOACHIMI STEVERI, Senatoris hujus urbis bene
meriti. Erat is natus hic Rostochii Anno M. DC. XXII.
ipso Mattheiæ die, Patre Viro spectatæ Integritatis JO-
ANNE STOVERO Cive ac Cerevisiario hujus urbis
haud postremo, quique juvenilibus annis exercitiis
equestribus sedulam dederat operam, nec non pugila-
toriam artem tûm apud ERNESTUM Comitem
Naumburgensem, tûm apud CHRISTIANUM Ducem
Brunovicensem, tûm etiam apud Comitis de Lippe fi-
lios exercuerat, Matre vero Else Wedigen, fœmina ca-
stissima & rei familiaris cum primis satagens, quæ sexus
illius Virtutes sunt eximiae. Avus Paternus ei fuit JO-
ANNES Stöver, Civis ac Cerevisarius Stathagensis
Vir integrimus, TILEMANNI Grövers Senatoris
Stathagensis & CATHARINE Grothen, Ornatissimæ
fœminæ filius; Maternus vero Vir Prudentissimus DN.
JOACHI-

JOACHIMUS Wedige / Senator olim Rostochiensis
spectatissimus. Aviam Paternam sortitus est ANNAM
Krumwieden / Maternam vero WENDULAM Nett-
lenblats / D.N. HERMANNI Nettlenblats / Senatoris
itidem Rostochiensis & TILSÆ Wittinges / filiam. Ab
hisce Parentibus ut fuerit primis annis educatus , vita
ipsius reliqua testabatur abunde. Cum domi in pieta-
tis studio & litteris moderatore Viro Admodum Re-
verendo , Amplissimo ac Excellentissimo D.N. MI-
CHAELE COBABO S.S. Theol. D. & Prof. Publ. ce-
lebratissimo , Collega nostro conjunctissimo , progres-
sus fecisset mediocres , atq; ad majora ipsum ingenii
duceret præstantia , anno ætatis XIIII. ad Gymnasium
Michaelitanum , quod Lunæburgi est , missus est , ibi-
demque per biennium substitut. Quo tempore præ-
terlapso Academiam Julianam salutavit , atq; in illa tam-
Studio Philosophico quam Theologico gnaviter ope-
ram dedit. Postquam ibi per unum alterumve annum
wixerat , hanc nostram ingressus est Academiam , & hic
egit sedulo , ut sibi constararent ea , quorū causa accef-
serat , suamq; industriam binis Disputationibus Publicis
sub-Præsidio D.N. JOANNIS COTHMANNI. S.S.
Theol. D. & Prof. quondam hujus Academiæ famige-
ratissimi ; & supra nominati D.N. D. MICHAELIS
COBABI habitis , omnibus abunde satis testatam fecit.
Tandem Generosi & maxime Strenui Viri DN. Hans
Lindowen / Danici Regni Consiliarii Liberorum Epho-
rus

rus constitutus est , cui officio tantâ cum fidelitate præ-
fuit, ut discessurus iterum à Dno. Hoſpite ſuo invitus
etiam dimitteretur. Redux in Patriam, dirigente Deo
ter opt. max. Vitæ & lecti ſociam Anno M. DC LIV.
Februarii Iduum V. interveniente ſacerdotali benedi-
ctione ſuſcepit Pudicissimam atque Lectiſſimam Vir-
ginem ANNAM , LN. JOANNIS Nienhagens/
Celiſſimi Principis Meclenburgici DN. JOANNIS
ALBERTI gloriоſiſſimæ recordationis Præfectura-
rum Gutoſoviensis & Svanensis Inspectoris quondam
fidelissimi relictam filiam ; Una conjugum mens, unus
animus, idem velle & idem nolle concordiam XVII.
annorum, & fœcunditatem VII. liberorum elicuit.
Quinque filii, JOANNES CASPARUS, CHRISTIA-
NUS MICHAEL, JOACHIMUS FRIDERICUS,
THEODORUS MATTHÆUS & JACOBUS ER-
NESTUS adhuc ſupersunt. Ex biga ſororum alte-
ra ANNA SOPHIA Infans adhuc abiit ad plures , re-
manente ANNA MARGARETHA, quæ cum Fratri-
bus & Matre Patrem atque Maritum ætate maxime flo-
rentem immaturè ſublatum hodiè lugent , & cum la-
chrymis fruſtra repetunt. Cum ingenium hujus nostri
STOVERI & judicium non clam eſſet Senatum Popu-
lumque Rostochiensem, factum eſt, ut per omnes
quasi honorum gradus decurrens ab imo ad ſummum
ferè adſcenderet. Postquam enim in Centumvirorum
Collegio aliquot annis ingenium ſuū exercuifet Era-
rio

rio publico & Ecclesiæ Cathedralis redditibus præpositus fuisset, tandem Anno M. DC. LXII. die XXIV. Februarii, qui ipsi erat natalis, in Ordinem Senatorum cooptatus est. Quo in officio eum se gesisse in propatulo est, quem Duodecim requirunt, rarerenter inventiunt. Agnoscite verba ipsa: IS ORDO VITIO VACATO, CETERIS SPECIMEN ESTO. Præter hoc munus curam etiam Valli & Orphanorum laudabiliter gesit, ac tandem judicandi provincia ad ipsum devoluta est, quam pro virium portione etiam fideliter administravit. In Curiam vocatus, semper sibi in memoriam revocavit elegantem illam simul & piam Inscriptionem in Curiâ Ratisbonensi quæ conspicitur in Tabulâ marmoreâ aureis literis, & sic sonat. *Quisquis Senator, Curiam officii causa ingrederis, ante hoc ostium privatos affectus omnes abiecito: Iram, Vim, Odium, Amicitiam, Adulationem, Reipubl. Personam & Curam subjicito;* Nam ut aliis equus aut iniquuus fueris: Ita quoque DEI judicium expectabis, & sustinebis. Narrat quippe optumè, in Consultationibus publicis esse utilitatem ipsam per se inspiciendam, nec aliis respectibus vel odii vel amoris pessundandam. Quod Aristides apud Herodotum non minus scitè quam vere ad Themistoclem sibi antea inimicum accedens sequentibus verbis exprimere voluit. Nos certare oportet omni tempore, non privatis simultatibus & odii sed utestrum melius de patria mereri, & plura in eam

eam beneficia conferre posse. Multa hic prætermitto, quæ in laudem Defuncti scribi poterant, propterea, quod in vulgus pleraque nota sunt. Ad Mortem itaque venio, & qui eam antecessit morbum, de quo, cum nullus mortaliū rectius quam is ipse, qui curæ præfuit, nos omnes informare posse, placet ipsissima verba Amplissimi & Excellentissimi Medici DN. D. JOHANNIS JACOBI DOBELII, Med. P.P. & Physici Reipubl. Rostochiensis celeberrimi, Collegæ nostri honoratissimi, uti nobis communicata sunt inserere. Sensit beatus DN. STOVERUS, Compater & Amicus noster integerrimus, postquam Corpus per tempus insolitum sumpsiisset, jam ante annum, tensionem Hypochondrii dextri, appetitum prostratum, asthma, tussim, totius corporis languorem, alias corbutis signa. Et discussa ea quidem sunt, methodo hanc infelici: sed ante viginti circiter septimanas alibi locorum me distracto, Ictero pravo correptus, immò penè corruptus fuit. Quæcum comitantia habuerit symptomata, longum foret recensere. Verum & his tandem DEI Gratia, utut molimine multo, propulsis, totus sibi jam redditus videbatur: donec accidentibus externis, hinc inde subortis, nimisque fortè ad animum revocatis, in Recidivam planè periculosem præcipitaretur. Quæ, utut binis quoque dissipata vici bus, tantum post se malorum traxit, uti spretâ omni medicina resistentis efficaciâ, Virum, longiori ceteroquin, Deo si fuisset visum, vitâ dignum, die XXV. Aprilis interne-
cioni

cioni daret, nobisque invitissimis hac in præsens scribendi
materiam suppeditaret. Ad ejus igitur defuncti exu-
vias hodiè circa horam primam in ædem sacram de-
ducendas ut conveniatis qui nostram agnoscitis juris-
dictionem, valde rogamus: gratum facietis Viduæ
mœstissimæ, cum in tanto luctu frequentia vestra
aliquid etiam solatium afferet. Ipsi mortalis vestra
conditionis memores hoc agite, ut præ cœlesti-
bus hæc terrestria contemnatis, & semper
ad æviterna gaudia suspiretis.

P.P. Rostochii die IV. Maij ANNO
M. DC. LXXI. sub sigillo Re-
ctoratus.

Conventus fiet ad Horam I. in Aede B. Jacobo sacra.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn774670169/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn774670169/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774670169/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774670169/phys_0016)

DFG

rus constitutus est, cui officio tantâ cum
fuit, ut discessurus iterum à Dno. Hospi-
etiam dimitteretur. Redux in Patriam,
ter opt. max. Vitæ & lecti sociam Anno
Februarii Iduum V. interveniente sacer-
tione suscepit Pudicissimam atque Le-
ginem ANNAM, DN. JOHANNI
Celsissimi Principis Mecklenburgici DN.
ALBERTI gloriosissimæ recordatione
rum Gustroviensis & Svanensis Inspe-
fidelissimi reliquam filiam; Una conjug
animus, idem velle & idem nolle conc
annorum, & fœcunditatem VII. lib.
Quinque filii, JOANNES CASPARUS
NUS MICHAEL, JOACHIMUS
THEODORUS MATTHÆUS &
NESTUS adhuc supersunt. Ex biga-
ra ANNA SOPHIA Infans adhuc abi-
mante ANNA MARGARETHA, o-
bus & Matre Patrem atque Maritum æ-
tentem immaturè sublatum hodiè lug-
chrymis frustra repertunt. Cum ingenio
STOVERI & judicium non clam esset
lumque Rostochiensem, factum est
quasi honorum gradus decurrens ab i-
ferè adscenderet. Postquam enim in
Collegio aliquor annis ingenium suū



oraz-
itus
Deo
IV.
edi-
Vir-
eng/
NIS
ura-
dam
unus
VII.
cuit.
TIA-
CUS,
SER-
alte-
s, re-
ratri-
e flo-
m la-
hostri
Popu-
mum
orum
Æra-
rio